Die Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte, Bd. 2: Wilhering, Schlierbach, Osegg, Hohenfurt, Stams (Xenia Bernardina II,2: Die Handschriften-Verzeichnisse der Cistercienser-Stifte, Bd. 2).

Wien, 1891 Seite 73

Quelle:
Copyright:

infantem in brachiis tenentem repraesentant . . . Aurum, quo ornatae sunt, adulterinum observatur."

(Psalterium.) Invitatoria. Hymni. Antiphonae. Vorher Kalendarium und einige Collecten.

151. Fehlt. Alte Beschreibung: „I. Psalterium. II. Cursus de Passione D. N. J. C. in 12mo. Codex membranaceus. Codex hic ab initio et in fine mutilus nunc 162 foliis constat venustisque exaratus est characteribus. Pergamenum firmum atque politum apparet et tam litterae initiales quam rubricae colore rubro sunt expressae. Praeter punctum nullum aliud distinctionis signum conspicitur et verborum abbreviationes saepius occurrunt.

I. Psalterio antecedunt 1) Notae quaedam de Calendario, quod autem iniuria temporum periit, 2) Antiphonae ad Benedictus et Magnificat unacum Collectis Dominicarum post Pentecosten alia manu minus venuste scriptae, quibus finitis *Psalterium* incipit a Psalmo primo, ubi tantum inicia versuum notantur, reliqua vero memoriae relinquuntur. Psalmis apponuntur Cantica feriarum ad Laudes et Lectiones ex Officio Defunctorum.

II. *Cursus de Passione D. N. J. C.* Officium parvum horis canonicis recitandum exhibet, quo finito diversae orationes ad Christum et S. Crucem (et quidem indulgentiis ornatae), item orationes ante et post Communionem dicendae conspiciuntur. In fine quaedam folia desiderantur."

152. Fehlt. Alte Beschreibung: „*Calendarium* in 12mo. Codex membranaceus. Codex hic ab initio, in medio et in fine mutilus nunc 69 foliis constat atque in lingua vernacula venustis exaratus est characteribus. Pergamenum firmum minusque politum apparet. Litterae initiales et rubricae rubro colore sunt expressae. Distinctionis signa praeter punctum nulla reperiuntur et orthographiae errores frequenter occurrunt. Calendarium Mensis Januarii totaliter desideratur mensisque Decembris ex parte deest, quo finito diversae notae reperiuntur.

1) De intervallo temporum in anno occurrentium. 2) Tabula intervalli a Nativitate Domini usque ad Dominicam Quinquagesimae ab anno 1489—1582 cum sequenti inscriptione: Ain leer wie man die nachgeschriben tauel soll versteen und nutzen oder was man daraus findet. 3) Tabula lunaris (mutila). 4) De 12 signis celestibus. 5) De Phlebotomia, tractatur imprimis, quid sit phlebotomia, quae bona et damna ex ea oriantur, quando et qui sanguinem mittere debeant, quomodo se habeant ante, in et post phlebotomiam, quo tempore sanguis sit minuendus et quae venae secandae, de phlebotomia tempore pestilentiae, quomodo se gerere debeat homo tempore pestilentiae etc. 6) Von den vier complexen und was da zu gehört."